

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Qvo pacto ecclesiastici iudices seculares caussas, praetente iurisdictionis  
pratextu, inesse transferre conentur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

stulare possit: quanquam iura communia in genere diffi-  
niant, statuantur, quo pacto canonica ciuilibus, & e regio  
ne canocis ciuilia iura opem suppetiascē ferre debeant.

Q VO PACTO ECCLESIASTICI IVDICES  
seculares causas, prætente iurisdictionis præ-  
textu, inesse transferre conentur.

**N**E<sup>c</sup> hoc plerisq<sup>e</sup> longa experientia rerū ac eruditio-  
ne doctis probatur, quod iudices ecclesiastici, qui-  
busdam in locis diuturni usus quasi possessionis, adimple-  
tarq<sup>e</sup> præscriptionis prætextu, laicorum controvierias co-  
ram se dirimendas hactenus præsumpserunt, Nam ea ex  
re Cæsarea Maiest. Romanumq<sup>e</sup> Imperium haud parum  
detrimenti patitur, utputa, quod non minimus Imperij ho-  
nor temporalis s. iurisdictione memoratæ præscriptionis uel  
anime minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad ec-  
clesiasticos transferatur. Quod contra recepta, apertaq<sup>e</sup> iu-  
ra, nemo est qui nesciat, quibus statuitur & caueat, ut nul-  
li præscriptioni quantumuis longe aduersus præeminen-  
tem, tum papæ, tum Cesari potestatem sit locus.

Q<sup>z</sup> INIQ VE HOMICIDAE, ALHQ VE PEC-  
catores ab ecclesiasticis iudicibus duplīci afficiātur pœna.

**Q**um diuina humanaq<sup>e</sup> iura uetent, ut nemo duabus  
cedidebeat uirgis, merito plæriq<sup>e</sup>, quibus cerebrū  
est, non nullarum cathedralium ecclesiarum odiosa status  
ta, peruersosq<sup>e</sup> mores, quibus utriusq<sup>e</sup> sexus homicidas, re-  
liquosq<sup>e</sup> maiorum, minimorumque criminum reos hucus  
q<sup>e</sup> uexarunt, detestantur. Nam hactenus seruata est cōsue-  
tudo, quod homicidij similiūmq<sup>e</sup> facinorum, quos casus  
Episcopis re seruatos uocant, rei, peracta in aurem confes-  
sione, publicam pœnitentiam, in totius populi conspectu  
cum magno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia,  
subire coguntur. Quæ quidem pœnitentiæ forma nō  
uisc<sup>e</sup> quac<sup>e</sup> improbanda foret, utpote, quæ ad primitiuæ ec-  
clesiæ